

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vocabularius

Nestor, Dionysius

[Venedig], 26. Juni 1488

K

[urn:nbn:de:bsz:31-299724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-299724)

Ouidius	Virgines nuptæ. Ouidius heroidum. Graia iuuenca uenit.	
Acron	Iuuenis communis generis est. Iuuentus/iuuentas/iuuenta/ hoc distant/ teste Acrone super primū carminū Horatii: q̄ iuuenta/aetas putabatur: iuuetas/ ipsum numen: iuuentus/adulescentia. Virg. li. ænei. ii. lumenq; iuuentæ.	Iuuenis Iuuenta Iuuentas Iuuentus Iuuenitas
Virgilius	Purpureum: hoc est/ ætatis ipsius iuuentæ. Horatius in primo Carminum.	
Horatius	Et parum comis sine te iuuentas: id est ipsum numen. Virgilius.	
Virgilius	Tum mihi prima genas uestibat flore iuuentus: id est adulescentia. Et seruius super lbrum primum æneidos/ ait. Iuuentus/multitudo iuuenum dicitur: iuuentas/ ipsa dea: hoc est/ Hebe Iunonis filia/ Hercules uxor: iuuenta/aetas. Iuuenalis satyra secunda.	
Seruius	Quid Chremæ regio/ & Cannis consumpta iuuentus/ hoc est/ multitudo iuuenum. Virgilius libro æneidos. xi.	
Iuuenalis	Vescitur Aeneas: simul & Troiana iuuentus. Verum (ut idem dicit Seruius) poetæ nonnunq̄ iuuentam pro iuuentute/ & pro iuuenta iuuentutem ponentes hanc differentiā pro suo arbitrio confundunt. Cōperitur etiā iuuenilitas p̄ iuuetute. Vnde Varro recitatē Nōio/ ait. Quā deliq̄ mlticupida iuuetilitas.	
Virgilius		
Seruius		
Varro	Indecor/ cōis generis est/ teste Prisciano: & corripit i obliq; co syllabā. Virg.	Indecor Indecoris
Nonius	Nec tamen indecorem tua te regina reliquit. Statius li. thæbaidos tertio.	
Priscianus	Legimus indecores. at enim fortissimus illic. Potest etiā declinari hic & hæc indecoris in recto/ testibus Prisciano/ & Nonio/ Accium inducentē dicentē.	
Virgilius	Cuius sit uita indecoris/ mortē fugere haud cōuenit. Virg. li. æneidos. xii.	
Stadius	Nec genus indecoris. ex quo exemplo/ manifestum est/ indecoris substātiū esse. Nam si adiectiue declinaretur/ indecore dixisset Virg. non indecoris.	
Priscianus	Quod autem neutrum genus communi iunxit/ hoc & in multis aliis fieri cōsuevit: ut tricuspide tælo/ paupe regno. Seruius tñ legit idecores. l. in nuptæ puellæ per synedochē genus indecores: ac si diceret gēus laræ qd̄ et placet.	
Nonius	Iucundo iucundas actiuum. uerbum est: & iucundor deponens absolutum: & cum u' tam in prima/ q̄ in secunda syllaba scribitur: ut libro ultimo/ super regulam/ o c corripimus/ edocebimus. Augustinus libro. xvii. de ciuitate dei capitulo decimo. Exaltaſti dexteram inimicorum eius: iucundasti omnes inimicos eius. Hieronymus in sermone de assumptione uirginis Mariæ. Nulli dubium/ omnem illam cælestis Hierusalem militiam tunc exultasse ineffabili læticia: tūc iucudatā eē ineffabili charitate: tūc que cū oī gratulatiōe iubilasse.	Iucundo Iucundor
Augustinus	Interpretor interpretaris/ commune uerbum est.	Interpretor
Hieronymus	Impetigo/ & impetix huius impetigis/ in uno significato dici potest/ auctore Pompeio. Scabies est sicca/ aspera/ & prominens: & dici pōt cutis scædatio.	Impetigo Impetix
Pompeius	Littera consonans/ cum eandem prorsus habeat in metro postestatem/ & in uoce sonum/ cum c nostra consonante/ præcipue sequentibus a/ o/ u/ uocalibus/ penitus superuacua esse uideatur/ ut dixerunt Donatus/ & Priscianus: & ante illos prius scripsit Quintilianus. Comperimus etiam/ quantum ex Papyriano haberi potest/ Nigidium Figulum/ quo/ & Varrone/ nemo apud Romanos doctior habitus est/ nunq̄ in commentariis suis K littera usum fuisse. Ideoq; nos/ omnes dictiones græcas/ de quibus libro secundo. in c littera descriuimus/ per c ipsum/ q̄ per K/ ex maiorum nostrorum auctoritate/ scribere maluimus: & maxime cum ibidem Pompeium/ & pro sui magna parte libri Marcellum/ approbatissimos auctores/ obseruasse nouerimus.	
Donatus		
Priscianus		
Quintilianus		
Papyrianus		
Nigidius		
Pompeius		
Marcellus		
Virgilius	Abo labas primæ coniugationis/ primam corripit syllabam. Virgilius libro æneidos secundo.	Labo Labasco
Ouidius	Custodes sufferre ualent/ labat ariete crebro. Ouidius libro metamorphoseos undecimo.	Labascor Labor Labasco
Terentius	Ianq; labat cūci: spoliataq; tegmīa cæræ. Inde labasco labascis neutrale: & labascor deponēs. Terentius i eunucho. Labascit uic' uno uerbo.	